

*Explicata creta calcinata. Nolim verò Antimonium huc quoque trahi.*  
*tur Nitri Calcinabam olim Studiosus, ait Montalbanus, Italus, Antimonium*  
*lucens vir- cum Nitro. vulgari more in tigillo, ut haberem diaphoreticum vul-*  
*to ex Mon- gò dictum: cumq; materiam spatulâ agitassem in crucibulo, ignem-*  
*talban. que subtus occultassem lateribus, ne esset conspicuus, in loco tene-*  
*bricoso & vespertino tempore, apparuit mihi materia agitata, præ-*  
*sertim ad latera tigilli, tota argentea luce perquàm candidâ,*  
*paucula tamen viriditate intermixtâ. Causam in sulphur ali-*  
*quod album, quod contineret Antimonium cum Nitro permixtum,*  
*transuli: quamvis hoc phenomenon posthac mihi nunquàm af-*  
*fulsit, vel aliquoties inquirenti. Saccharum albissimum, quod*  
*optimum habetur, durumque est, si in obscuro ab illo aliquid cultro*  
*abradas, lucem candidam, scintillarum instar, exhibebit. &c.*  
*Vidit equidem effectum, sed causam non invenit Montalbanus,*  
*dum in Sulphur Antimoniale transulit eandem. Si in Nitro sub-*  
*stitisset, reperisset quod quæsit frustra sæpius. Glauberum, Ni-*  
*tri anatomicum diligentissimum in secreto igne & Proserp non i-*  
*gnorasse hæc secretiora, certus plane sum; ut hic prolixitate su-*  
*perse deam. Hoc memorabile semper mihi visum est, quod Haf-*  
*niense in Chemia Lumen, Olaus retulit Borrichius tract. de ort. &*  
*progr. Chem. p. 1881. ex Nitro diuturnâ patientiâ excocto non ita*  
*pridem Pragæ in officina Chemici cujusdam corpus prodiisse, in te-*  
*nebris & lucens, & splendorem suum aliquando frigido licet vase*  
*conservans. In Nitro nempe obvio ubiq; est, quod quæsi verunt*  
*Sapientes anxie. Ego sententiam meam interponens ( verè scribit*  
*Hermes de Hermetic. materia c. 3. ) profiteor liberè: Nitrum no-*  
*strum, obvium ubivis, ut ut impurum, tamen cælesti ( id est, vivificâ*  
*& lucidâ ) materia refertissimum, idemq; verum subjectum catho-*  
*licum ( quoad lucendi partem ) miraculosumq; esse Sal. Idem an-*  
*tea eodem capite: diffusum adeò est Nitrum, per universam rerum*  
*naturam, itaq; ætuosum in concretionibus satuj; mistorum sublu-*  
*narium, ut opera pretium facturus sit, si quis ad investigandam ejus*  
*indolera animo sese & cogitatione attentissimâ converterit. Et cap.*  
*5. Hæc expertus ratione sum, quòd in sale, quasi spiritu universali*  
*terrificato, incombusibile quoddam, sive secretum ignis ( lucis po-*  
tius )

Ol. Borrichio.

Balduino.